

3207.

1336 d. 25 Mars.

Skeninge.

Bo Niklissons enka, CECILIA KNUTSDOTTER, gifver med sin dotter Elena, som antagit doket, till Martini kloster i Skeninge en gård i Basarp i Thorpa socken, med förbehåll, att dottren i sin lifstid må uppbåra gårdens halfva afkastning.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus, CECILIA KNUTZDOTTER relicta domini boecii niclisson in domino salutem sempiternam Nouerint tam posterum quam presentes me sororibus apud sanctum martinum skæningie cum filia mea dilecta elena que habitum religionis earundem sororum commendabili proposito recepit, curiam meam bassathorp in parochia thorppæ cum singulis adiacenciis infra sepes et extra prope vel remote positis quocumque nomine censentur, consilio fauore et beneplacito filiorum meorum. dilectorum. scilicet benedicti, magni, et boecii, filiarumque mearum scilicet ingeburgis, et rangburgis probabilibus indiciis, videlicet faster et omni legum sanctione contulisse perpetue possidendam Subtracta mihi meisque heredibus omni facultate et occasione predictam curiam vnquam in posterum reuocandi, Hiis nichillominus condicionibus adhibitis quod predicta filia mea Elena temporibus vite sue dimidietatem obuencionum predictæ curie leuet et percipiet pro suis vsibus dimidietatemque conuentus, post mortem vero eiusdem filie mee predicta curia claustro cedat sine quouis adiuuencionis ingenio predictam donacionem infringendi In cuius rei euidentiam sigillum meum vna cum sigillis virorum discretorum videlicet domini ragwaldi de sæby kanonici lincopensis, fratris mei dilecti magni knuthson, kætilli pukæ, iohannis brudson, dilecti filii mei benedicti et býrgeri magnusson aduocati skæningensis presentibus est appensum, Datum skæningie anno domini M° C° C° C° XXXVI secunda feria proxima post dominicam palmarum.

*På frånsidan:* Bassathorp in smalandh.

Sigillen: N:o 1, Kaniken Ragvalds, andligt, nederst en liten sköld (båt); N:o 2 sönderkrossadt; N:o 3, Magnus Knutssons (grip med utbredda vingar); N:o 4, Kettil Pukes (vinge); N:o 5—7 borta, remsorna kvar.

3208.

1336 d. 27 Mars.

Ljunga.

GUDVAST BOSON testamenterar 20 mark penningar till Nydala kloster, der han väljer sin graf, samt bestämmer betydliga gåfvor i penningar och fastigheter till kyrkor och kloster inom Småland och Östergötland, till släktingar och andra personer, samt upplåter sin gård Täfvelsås till uppgifna skulders gäldande m. m.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

IN nomine domini. Amen, Anno ab incarnatione eiusdem, Millesimo. C° C° C°, trecesimo sexto, feria quarta proxima ante diem pasche. Ego, GUTH-

WASTUS